

& Academia juxta orientalem portam Templi, quod erat in uno Sionis montis jugo constructum. Imò vero etiam Jesus ipse per Abraham domum olim doctrinæ crexerat, in qua Magistri munus suscepit, & suos scholasticos proprio suo nomine insignivit, à n. 1897. & n. 2033. 1262. Vide *Schola*. Quid mirum, si puer duodennis aduectus ad scholas pergat suapte indole?

3. *Cum factus esset annorum duodecim*. Cur cum duodennis esset, suos sapientiæ thesauros in medio Doctorum largiter coepit aperire? Quid commune habet duodenarius numerus cum hac divinæ scientiæ manifestatone? Ambrosius respondet: *A duodecimo anno, Dominica sumitur disputationis exordium, hic enim predicanda fidei evangelizantium numerus debetur*. Non prius coepit mundigenis Christi sapientiæ splendescere, quam in ipso Apostolorum numerus replenderet, per quorum predicationem Orbem erat illuminaturus universum. Ad id enim venerat, ut solis instar presulgens vel barbaras quasque, distitasque nationes illuminaret nitidissima Evangelicæ doctrinæ luce, à n. 2378.

4. *Et quærebant eum inter cognatos, & nos*. Sed numquid, obsecro, illum quærebant tanquam perisset, aut ab itinere, ut pueri solent, aberrasset? Absit. Quærebant autem illum (ait argute Titus Boitrensis) *perinde ac si quis abitam scripturam cuiuspiam sententiam quærat: constat autem anxie, & dolentes illum inquirere, non quidem ut errantem, aut falsam, aut fallentem, sed ut veram, mysticamque doctrinam, nec dum tam proditam. Ad eum ergo modum illi quærebant Dominum nostrum Iesum Christum. Quærendus in sacre Scripturæ abditis Christus Dominus, qua cura, & anxietate Virgo Mater illum quæsit. Christus enim sacrarum extat Scripturarum scopus, finis, argumentum, à num. 27. Et quidem, præter unum Iesum non est quod amplius inquiramus, ne deeremus, à n. 38.*

5. *Post triduum invenerunt illum in Templo*. Amissum Deum hominem non nisi in Templo invenerunt. Scilicet in Templis sub Eucharisticis speciebus Christus quasi amissus & perditus pro amissa, perditæque ove est: forsitan idcirco ovis perdit in calice olim insculpta, ut observat Tertull. de Pudicit. c. 7. Et de nimis liberali homine, & suorum prodigo bonorum, Hispani dicere solemus: *Es un perdido*. Sic de Deo ausim dicere, dum sese nobis in Eucharistia impendit, cum Guericco Abbate ferm. de Pentec. *Ob Deum, si fas est dicere, prodigum sui præ desiderio hominis! An non prodigum, qui non solum sua, sed semetipsum impendit, ut hominem recuperet? Verè sui prodigus ibi dicendus, qui sese ibi exinanivit, uti oleum effusum, & exinanitum, n. 1966. 1987. Vide Eucharistia.*

6. *Post triduum invenerunt illum in Templo*. Ubi delicate Ambrosius: *Post triduum reperitur in Templo, ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis in sede caelesti fidei nostræ se suscitatus offerre. O quam multa paucis! Trium dierum spatium, quo in Templo remansit Puer Iesus, triduum mortis quo sub sepulchri lapide delituit, Ambrosius, imò Christi ipsius menti suggestit. Certè triduum utrumque, tempus portendit, quo apud nos manet, permanetque usque ad consummationem sæculi in almo Eucharisticæ sacrificio; ubi, non contentus, patienter semel sustulisse mortem & sanguinem effudisse, sæpe eandem necem subit, eundemque cruorem profundit, tametsi mysticè, & suscitatus offert in cruento modo, n. 969. & à n. 974. Rursum fidei nostræ se in Templis sub alma Eucharistia, quæ est antonomastice fidei Ecclesiæ Doctor, n. 966. 978. 981. 1102. & à n. 2090. Ibi cum dolor, quærendus, ut ejus fruamur delicis, n. 981. Et cum esurie, & aviditate, n. 2229.*

7. *Invenerunt illum in Templo sedentem in medio Doctorum*. Cum esset corporata Dei Sapientia, doctrinæ lumen non in se ipso stagnavit, sed effundere gestiebat: Proprium enim sapientiæ munus est, doctrina sua alios illuminare, à n. 1046. Et rursus, Dei bona, quæ tibi soli servantur, neque aliis communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1047.

8. *In medio Doctorum*. Cùm locus medius, justitiæ & equalitatis sedes sit, in medio sedere voluit, ut æquè omnes illuminaret, æquè in universos bona sua effunderet. Non enim debet esse partiararia Principis bonitas, æqualem se omnibus exhibeat, opere pretium est, n. 1352.

9. *In medio Doctorum*. Ubi Beda: *Quasi fons sapientiæ, Doctorum medius sedet: id est, principem locum tenet, uti Doctor supremus, & Magister Iesus enim, Incarnata Dei Sapientia, unus in una Angelorum, & hominum schola Doctor & Magister, extat, à n. 1161.*

10. *Sedentem in medio Doctorum*. Quis ignorat, medium locum Regni esse insigne, & indicium? I. Reg. 16. 13. Ezech. 34. 22. & notamus id n. 16. Medium igitur locum tenet Christus, ut bonus Rex in medio subditorum, n. 1357.

11. *In medio Doctorum*. Cùm cor situm in medio corporis sit,

in medio sedet, quasi locum signans, in quo ille requiescat Ex Paterno enim, Maternoque corde procedēs Christus D. non nisi cor amat, in corde quiescit, ac retinetur, à n. 92.

12. *Sedentem in medio Doctorum*. Quo loco sederit Puer Iesus, Ambrosius ostendit. I. Corinth. 14. *Hæc traditio Synagoga est, ut sedentes disputerent seniores dignitate in cathedra, inferiores alii in subselliis, novissimi in pavimento super marmoreid est, super flores humi stratas. Sedebat igitur Christus ad pedes Magistrorum, sive Doctorum in ipso aula pavimento. Vides in loco abjectiori sedentē illum, qui sederet super Cherubim? Ceterum non tam viris locus, quam viri locis splendorem conciliare debet, à n. 17.*

13. *Stupebant omnes, qui cum audiebant, super prudentia, & responsu ejus*. Ex Pueri Jesu sermone agnoverunt ejus prudentiam, & sapientiam usque ad stuporem: Sermo enim erat pretiosissimus de adventu Messia optatissimo, de Regno illius, vita, & passione: eum jam venisse probat ex opulentis sacre Scripturæ thesauris multa profertens testimonia, ac dilucide exponens: O sapientissimus Puer! edificat sapientes omnes! Scilicet os illorum thesaurus sapientiæ sit, à quo nihil non pretiosum, divinum, & sacrum, à n. 852.

14. *Stupebant omnes super prudentia, & responsu ejus*. In stuporem eos rapuit, non quævis sapientia, sed illa, quæ adlocata sanctitati erat: Religionis enim causa fides Jerosolymam venerat, ubi multa pietatis, & sanctitatis dederat argumenta, antequam suos sapientiæ thesauros in medio Doctorum propalam daret. Scilicet sanctitas est Christianæ sapientiæ anima, sine qua inanis extat, & emortua quæcumque sapientia, à n. 270. Et item: quantumvis sapientissimus sis, non tam sapientiæ, quam sanctitatis dotes commendare inprimis debes, à n. 278.

15. *Nesciebatis, quia in eis, quæ Patria mei sunt, oportet me esse?* Nonne omnia, quæ Patria sunt, sunt etiam æqualiter tanti Filii? Quare ergo non dixit, in eis, quæ mea sunt, cum æternum Genitorem agnoscat, & sese à filiatione, quam ab eo accepit, dilaudet æterna? Certè quia laus ex ore proprio, ut speciosa sit, pretiosa, & fructuosa, à Dei honore, & audientium bono oriri debet, à n. 283.

16. *Et subditus erat illis*. Est multa egerit Christus à duodecimo anno usque ad trigagesimum, nihil aliud narratur ab Evangelista egisse, nisi Parentibus suis obtemperasse: non prius dicitur regnasse [Esti Rex jam à Magis proclamatus] quam intervise, ut ostendat, bene tibi subdendos, & inservituros omnes, si scias prius bene jugum subire parenti, & inservire, à n. 2407. Vide *Christus*, in Indice n. 12.

17. *Subditus erat illis*. Naturali lege tenentur filii Parentes suos honorare, illisque obedire, n. 2142. Hæc lex Christum obligabat, eamque perfectissime adimplevit, à n. 2146.

Pro Christi Domini Transfiguratione.
Vide prænotata pro 2. Dominica Quadagesimæ.

Pro Resurrectione Christi Domini.
Vide in fine Concionum Quadagesimalium.

Pro Inventione S. Crucis.
Pro Christi Domini Ascensione.

1. *Euntes in Mundum universum &c.* Hinc revoces magnificum Ezechielis currum, ubi Christus gloriosus apparuit, & solio infidēs divinissimo supra cælorum fastigias; & nihilominus rotis quatuor in formam crucis efformatis, & quatuor item quadriformibus vehitur Cherubinis; Apostolis nempe, virisque Apostolicis ad omnes mundi partes spectantibus, qui tanti Principis gloriam, & Evangelicam doctrinam in veteri Testamento, quasi rota in medio rotæ, contentam quaquaversis adportent. Quod ex Pl. 17. didici: *Ascendit super Cherubim &c.* juxta Euthymii interpretationem: *Hæc est prophetia de Christi assumptione: Quod autem ascendens Dominus susceperit fuerit à Cherubim, Ezechiel visione sua declaravit &c.* Vide quæ huic instituto facile adaptes & promoveas, dicta n. 1915. 1919. 1047. 2222. 2297. 2303. 1962. Adde ex Plal. 67. 18. *Cursum Dei decem millibus multiplex &c.* & ex v. 34. *Qui ascendit super cælum cali ad orientem &c.* Vel ex Hebræo: *Qui equitat, qui in currum ascendit, in regnum, & sedem*. Et ex Abacuc 3. 8. *Qui ascendit super equos suos, & quadriga tua salvatio,*

3. Euntes

3. *Euntes in Mundum universum &c.* Premendus hic Psalmus 46. ubi de triumphali Christi Ascensione cum magnifica laude, & jubilatione: *Ascendit Dominus in jubilo &c.* necnon de Gentium conversione, Apostolis prædicantibus; ut hoc pacto se ille summum totius Orbis Regem ostentaret: *Regnabit Deus super Gentes &c.* Etenim amplissimus Christi dominatus est, cælum & terram, Angelos & homines complectens, rebelles ac superbos conculeans, & subiciens, à n. 1171. Et quidem, sublimior Principum majestas tunc maxime proditur, cum subditorum emancipantur emolumentis; à n. 1120.

4. *Euntes in Mundum &c.* Prædicans Abacuc c. 3. hunc Christi gloriosum ascensum [quem sub meridiem fuisse multi putant] Soli se elevanti usque ad meridiem cum splendore luce & estu ardentiore, assimilat: *Sol & luna steterunt in habitaculo suo*. Ubi Augustinus lib. 18. de Civit. c. 3. *Elevatus enim sol & luna stetit in ordine suo (juxta lxx. lectionem) hoc est, ascendit Christus in altum, & ordinata est Ecclesia sub Rege suo*. Subdit Vates deinde: *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tue*. Suppositum verbi, ibunt, ad Apostolos referendum, ad quos hodie Dominus: *Euntes in Mund. univ.* Sagittæ potentissimæ sunt Evangelicæ predicationis verba: *Predicatio Evangelium: per fulgurantes hastas Gregorius 30. Moral. c. 2. accipit illorum miracula, de quibus Evangelista: Illi vero profecti, Domino cooperante, & sermone confirmante, sequerentibus signis. Certè Christus solis instar præfulgens, vel barbaras quasque, distitasque nationes illuminat nitidissima Evangelicæ doctrinæ luce, à n. 2378.*

5. *Euntes in Mundum &c.* De Jesu ad cælorum verticem scandente dicitur Pl. 67. 19. *Accipisti dona in hominibus, id est, inter homines dividenda: ut ad Ephes. 4. 8. explicatius: Dedit dona hominibus. Aliæ quæ hæc dona? Dixerim, Evangelicam esse doctrinam, quæ præ se fert gratias, & dona Spiritus sancti multa. Christiana enim prædicatio aurifera est, & gemifera, quæ totus locupletatus est Orbis, à n. 2302.*

6. *Euntes in Mundum &c.* Sed rogo, quibus armis suos præmunis mittit Apostolos Christus, inter tot barbaras, hostilesque nationes, ut eas jugo submittant Evangelii? Statim explicat: *Predicatio Evangelium. Quia certè ipsa ejus Evangelicæ doctrina, non imbellis, sed bellatrix est, non infirma, sed fortissima, à n. 2292.*

7. *Predicatio Evangelium &c.* Cum de Christi gloriosa Ascensione in cælum ageret David Pl. 67. 5. aiebat: *Ite facite ei, qui ascendit super occasum: & nihilominus ascendit super cælum cælorum ad orientem, subterit v. 37. Quasi dum in cælum ascenderet, ascendere dicitur super occasum, ut totus ille inprimis de dicitur prædicetur occiduarum regionum conversioni, Hispanorum nempe, n. 1518. & à n. 1516. Vide Hispania.*

8. *Predicatio Evangelium &c.* O quam vehementer exoptat Christus omnium salutem! à n. 172. Omnes amplectitur absque ulla exceptione, Principes instruens, ne sit partiararia illorum bonitas, sed ad omnes derivanda, à n. 1352.

9. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit &c.* Fidem exiti operibus adlocatam, n. 2239. Instat scilicet Jacobæz illa est, ad cælum nos evehens, qui per eam non ascendere, salvus esse non poterit, n. 2067. Baptismus verò fons est viventis, & videtis, ubi novam vitam, & claram lucem accipimus, n. 1453.

10. *Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum*. Assumptionem vocat ascensionem in Olympum; & eodem assumptionis nomine utitur Evangelista Lucas c. 9. 51. cùm de Christi itinere in passionem, & mortem suam loqueretur: *Dum complerentur dies assumptionis ejus &c.* Quasi assumptio in cælum ab ipomet passionis tempore inchoaretur, & in ipsa dedicaretur die, & Iesus ipse jam ex tunc gloriæ coronaretur auspiciis, & limina occuparet. Nil mirum, cùm in ipso sup. sionis initio adeo fortiter se gesserit, ut Lucas scribat: *Faciem suam firmavit, ne iret in Jerusalem*. Scilicet, tanta est boni principii virtus, & potentia, ut qui bene incipit, possit jam ex tunc coronâ donari, à n. 886.

11. *Assumptus est in cælum*. Vel à Mundi exordio respundet Christi majestas in Empyreo, ad id præsertim condito, ut esset magnificum ejus palatium, à n. 1075. In eminentiore Empyrei partem ascendit super omnes Angelorum choros, à n. 1079.

12. *Et nubes suscepit eum*. Actor. 1. 9. Abulensis Paradoxo s. c. 9. arbitrat, hanc nubem Christo fuisse instat sedis, & throni mixæ pulchritudinis, & splendoris. Unde ediscas, cur Elias curæ vultus ascenderit, nube verò Christus. Nempe quia ille servus erat, hic autem Dei Filius, cui sedes paterna, nubes scilicet, debebatur, n. 1065.

13. *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum*. Eucharisticæ Sacramentum [quod hæc die solet palam proponi] instar nubis est Deum hominem obtegēs, ut eo perfruamur, & ut ibi

Christus tanquam columna nubis, & ignis ad Empyreas sedes nos duceat, à n. 1097. Vide *Columna*, & *Eucharistia*.

14. *Assumptus est in cælum*. Num super Empyrei verticem ascendit, ut loci eminentia splendorem ei conciliaret? Imò verò ut locus ille eminentior splendorem acciperet à Christo. Quippe non tam viris locus, quam viri locis splendorem conciliare debent, à n. 17.

15. *Assumptus est in cælum*. Cœlestis meris, in quo Christi majestas requiescat, si à te ipso, & terræ contubernio longè sejungaris, cœlestia quærens, à n. 1155.

16. *Et sedet à dextris Dei*. De dextra vide encomia nonnulla, à n. 696.

Pro Festo Pentecostes.

1. *Quomodo complerentur dies Pentecostes, à Et. 2.* Id est, cùm dies adventisset quinquagesima à Paschate, & Resurrectione Christi, iudæis indictum festum Pentecostes fuit in memoriam datæ tunc legis in monte Sinai Exod. 19. 1. Sed hodie per Spiritus S. adventum lex nova promulgatur: *Quæ igitur lex (ait Chrysof. Hom. 2. de Pentec.) quam hodie à cœlo datam dicis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hæc lex inscribitur? Corpus & anima. In legis antiquæ datione Deus ut sol apparuit, visis ignis flammulæ; quod ad Evangelicam doctrinam & Spiritus S. gratiam spectat, à n. 2381. Cùm in lapide Deus veterem legem exaraverit, lex facillè emarcuit, in terra autem cordis bona legem scripsit novam per Spiritum S. portendens fructum Christianorum, n. 2313. Et S. Eucherius: *Quis est ille dignus Dei, quo dicitur legis tabulæ scriptæ; Dignos Dei hæc accipiendus Spir. tuus sanctus.**

2. *Cum complerentur dies Pentecostes*. Hoc nomen præ se fert numerum quinquagesimum, arcanum quidem propter jubileum quinquagesimo anno celebratum ab Hebræis ex Dei præscripto Levit. 25. 10. Mystici profectò jubilei annus portendebatur promulgati à Christo, & per Spiritus sancti adventum hominibus concessi: de quo à n. 1330. Quod spectasse videtur S. Thomas à Villanova ferm. 1. de Pentec. opportunè ad mores: *Quomodo ad hujus Spiritus adventum te disponas, a. verte. Complentur in te dies Pentecostes, & post longam delictorum penitentiam, jubilei plena remissio concedatur*

3. *Erant omnes pariter [Græcè unanimitè] in eodem loco*. Hanc Discipulorum concordiam jure proprio sibi vindicat tertia Triados Persona. Idè ad illius adventum pulchrè spectat Ezechielis currus, n. 2322. In curru enim illo summa animorum concordia exprimebatur, à n. 1418. & 1917. S. Thomas proximè relatus: *Erant omnes pariter in eodem loco: ipse enim [Spiritus S.] inhabitare facit unius moris in domo; utique ut beneficium animarum incantator, n. 369.*

4. *Factus est repente de cælo sonus*. Repente quidè, ut ostendatur Dei amor esse celerrimus, & quodammodo præceps, n. 357. E cœlo venit Spiritus S. quia ex ore Dei procedit ut spiratio, seu respiratio, n. 319. Necnon à corde Dei, amoris flamma succensus, n. 327. Atque ut torrens gratiarum profluat ab Agno Dei vulnerato, n. 2488.

5. *De cælo sonus*. Appositè de cœlo advenit dicitur, quia eò spectabat ejus adventus, ut terrenos homines in cœlestes transmutaret, ad cælum vocaret, & everteret. Unde Chrysof. ser. 1. de Pentec. ad finem tom. 3. *Hodie nobis terra facta est cælum, Apostolis ad cælum ascendentibus*. Scilicet cælum eris, si à te ipso, & terræ contubernio longè sejungaris, cœlestia quærens, à n. 1115.

6. *De cælo sonus tanquam adveniens Spiritus vehementis*. Sonus hic adinstar status vehementis, sonitum portendebat Evangelii toto orbe ab Apostolis, recepto Spiritu sancto, prædicandi. Quippe à die Pentecostes exundare, & exuberare coepit Evangelicæ doctrina, divino flante Spiritu, à n. 2315.

7. *De cælo sonus &c.* Sonus hic instar extitit harmonici sonitus mirè oblectans Discipulos Christi, & orbem totum: Homeris enim in Hymno Apollinis ventos dixit *muscis sonantes*. Vide Sap. 1. 7. atque hinc revoces aliorum dicta, à n. 360.

8. *Et replevit totam domum, ubi erant sedentes*. Benè repleta dicitur domus tota cœlesti illo Spiritu, quo ibi sedentes repleti sunt omnes; quia homo non nisi divinitatis gazâ repletur, quod bona terrena universa præstare nequeunt, cùm minoris ponderis sint, quam ipsa vanitas, & inanitas ipsa, à n. 1599.

9. *Et apparuerunt illis dispersæ linguæ, tanquam ignis*. Ut omnia innoventur, novæ de cælo linguæ Discipulis donantur, non ignæ prorsus, sed splendoris: tanquam ignis, ut ostenderentur, quales debent esse nostræ linguæ, non quæ alios obscurent, & comburant, sed quæ illuminent universos, à n. 1035. Vide *Lingua*: & decus linguæ n. 305.

10. *Et apparuerunt illis &c.* Cur sub ipsè dida linguarum specie concessa hominibus Spiritus sancti dona? Num quia

f non

non in splendore tantum, sed in omni utilitate gratia lucis dilaudanda est? Ita plane, ut doceamur, Dei bona, quæ nobis solummodo servant, neque aliis communicantur, ferè nulla censerent, à n. 1041.

11. Apparuerunt illis dispersa lingua. Datur Spiritus sanctus sub linguarum forma instar ignis clara, & nitida, Te nebras enim expellit amor, & intellectum illuminat, n. 910. Et linguæ donantur, per quas Spiritus sanctus, qui est amor notionalis & cõsubstantialis, loquitur. Amoris iocutionem non nisi qui amat intelligit, n. 909. Vide Amor.

12. Sedique supra singulos eorum. Sedu Spiritus sanctus linguas illis repræsentatus: Sedu super illos (ait Cyrillus Ierosol. Catechesi 17.) ut nova corona spiritalis per linguas igneas im onatur capiti illorum. Quid hoc? Num ante Evangelii prædicationem, & congressum cum Evangelicæ Doctrinæ hostibus, coronis donantur tanquam jam triumphatores? Ita sanè; quia qui bene incipiunt, possunt vel in ipso operis initio, coronâ beati, n. 889. Vide Principium, & Corona.

13. Sedu supra singulos eorum. Sessio hæc portendebat, per mansurum Spiritum sanctum, & doctrinam ejus Evangelicam, ad quam evulgandam illæ donatæ sunt linguæ, usque ad Mundi exitum Doctrina enim Evangelica perennis, immutabilis, stabilis, atque inconcussa peribit semper, à n. 2402.

14. Sedique supra singulos eorum. Cyrillus Alexandr. Catechesi 17. vocat Spiritum sanctum in ignem Ecclesie Præsules, & gratiarum Parochum, su exhibitorum. Et quemadmodum sol uno radio, progressu illuminat omnia: ita spiritus sanctus eos, qui habent oculos, illustrat. Certè omnes sic Ecclesie instruit Præsules, qua ratione se totos exhibere debent omnibus, & singulis instar cœlestis luminis, à n. 1352. Vide Prælatus.

Pro Festo Sanctissimæ Trinitatis.

1. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Matth. 28. Verè amplissimus Christi dominatus, cœlum & terram, Angelos & homines complectens, rebelles concilians, ac sibi subiciens, à n. 1171.

2. Data est mihi omnis potestas. Eunt ergo docete omnes gentes. Vix dixerat, omnem se accepisse à Patre potestatem in cælo, & in terra, cum statim subditorum commoda studiosè procurat. Christus enim Rex est fortissimus ob bellatum infernum, ob abolitum peccatum, & acquisitam plebem sanctam, justam, fidelem, à n. 2273.

3. Data est mihi omnis potestas. Vbi rectè S. Remigius: Vltens Christus hominibus notum fieri: quod dura esset sibi omnis potestas, prædicatores misit, qui vltima vna cunctis Nationibus prædicarent. Sic ostendit, sublimiorem Principum maiestatem tunc maxime prodit, cum subditorum emolumentis inserviant, à n. 1120.

4. Data est mihi omnis potestas. Eunt ergo. S. Hieronymus: Illi autem potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit. Non antea Christus lætæ suæ potestatis amplitudinem, & maiestatis sublimitatem demonstravit, quam totius Mundi delicta humeris portaret suis usque ad vitæ dispendium. Qui enim aliis præsumt, portare debent, non portari, portent suorum onera, à n. 1129.

5. Eunt ergo in Mundum universum, docete omnes gentes. Ad omnes Mundi plagas prædicatores suos mittit, ut Nationibus universis personarum acceptione beneficent. Christus enim pari cura omnes amplectitur, ut doceat, quod Gubernatoris bonitas non sit partiaria, sed æqualis omnibus, à n. 1352.

6. Docete omnes Gentes. Ut offendat planè, quam vehementer exoptet nostram omnium salutem, salutis incrementum, & perennitatem, à n. 2172.

7. Docete omnes Gentes. Sic per prædicationem suam, & exundantem ejus doctrinam, infœcundæ Gentilitatis Regionem in terram uberem, & amœnam convertit, à n. 2508. Vide Doctrina Evangelicæ.

8. Docete omnes Gentes. Certè Christus solis instar fulgentissimi vel barbaras quasque distitas Nationes Evangelicæ Doctrinæ luce illuminavit, à n. 2378.

9. Baptizantes eos. Baptizari vult omnes Gentes, ut sic gratiam illuminantem suscipiant, à n. 1014. Et ut ad fontem viventis, & videntis accedentes, novam vitam, & clarum lucem accipiant, n. 1463.

10. Baptizantes eos. Abundè repleverat Christus divinitatis suæ gazis, & gratiæ divitis, cum eos in Orbem mittit universum, ut Evangelium prædicent omni creaturæ, & fonte abluant sacri Baptismatis. Opportunè satis, cum Evangelicæ Doctrina aurifera sit, & gemmifera, quæ totum locupletatur Mundus, à num. 2302.

11. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sublimissimum Triados mysterium, quod humanum transcendit captum exprimit Christus: essentia unitatem dum, In nomine,

dixit a Personarum unitatem cum Patris, & Filii, & Spiritu sancti, addidit. Itaque tres divini Personæ in essentia unitate, hic suspicere debet, & adorandæ traduntur, quin unius deo Trinitati, nec Trinitas unitatem dissipet. Vnius cordis metaphora, pro tenuitate nostra, explicamus augustam hoc Triados Sacramentum, à n. 321.

12. In nomine Patris. Vna est tribus Personis essentia, quasi cor unum, & anima una, ut cum Nazianzenus Orat. de Pace: Deus est unus non minus præter concordiam, quam substantia unitatem. Hinc illa Christi D. ad suum Patrem anxia deprecatio, Ioan. 17. 11. Pater sancte, serva eos, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Quod & obtinuit abundè, cum multitudinis Christianorum primavorum erat cor unum, & anima una, Actor. 4. 32. Sic illi reciproco charitatis nexu tam arctè copulati & ambulabant, & suadebant ipsum Trinitatis mysterium. Si charitas [ait August. tract. 34. in Ioan.] de tot animabus, fecit animam unam, & de tot cordibus fecit cor unum, quanta est charitas inter Patrem, & Filium? Quid referas dicta à n. 1415, & vide Concordia, & Pax.

13. In nomine Patris. Mensa Trinitatis plena ferculis dulcissimis, ab illa Eucharistica ferculum emanat suavissimum, n. 315. & 317.

14. In nomine Patris. Persona hæc Altissimi voce significatur ab Ecclesiastico, n. 303. Sol est illius simulachrum, ibidem. Non est sterilis, nec mutus, n. 304. Ore gaudet, intellectiva nempe facultate, qua loquitur, & intelligit, n. 305.

15. In nomine Patris. Dixit Christus, Data est mihi potestas: de potestate à Patre Deo per æternam generationem Filio communicatam, accipit nonnulli, idèd appositè æterni sui Genitoris Christus meminit, in nomine Patris. Quid hoc? S. Zeno Veronensis serm. 1. in Genes. offendit: Hic Pater, qui suo manente integro statu, totum se reciprocavit in Filium, in qua sibi non derogaret. Eandem naturam divinam, & attributa eadem, omnemque potestatem Filio dedit, nihil perdens dum hæc omnia communicavit, imò si non ei communicasset, aliqua sibi non derogaret; nulla illa essent, neque ipse in suo integro statu maneret. Vt novem, ea bona, quæ tibi soli serviunt, neque aliis communicantur, ferè nulla censerent, à n. 1041.

16. Et Filii. Ex ore Patris loquens procedit, ut vox interna, ut Verbum, ut sermo, ut locutio, ut imago Genitoris, à n. 306. An hæc Verbi generatio voluntaria sit, aut ex voluntate, expendimus à n. 314. Vide Christum, ut Deus est.

17. Et Filii. Filius ut perfectissima, patris imago procedit, & licet imago sit, omnium attributorum, & perfectionum divinarum, nihilominus signat imago bonitatis Patrem dicitur Sap. 7. 26. Scilicet sanctitas est Christiani sapientia anima, sine qua omnino inanis, & emortua extat quæcunque sapientia, à n. 270. Vide Sapientiam. Rursus, quantumvis sapientissimus sis, non tam sapientia, quam sanctitatis, seu bonitatis dotes commendare, & æstimare debes, à n. 278.

18. Et Spiritus sancti. Est tertia hæc Triados Persona veluti qualitas Dædæus prædulus, qua veluti insperguntur Filii generatio, n. 315. Et avino ore procedit quasi spirato, seu respiratio, n. 219. Et ex corde Dei amoris flammis succendo, n. 326. Vide Spiritum sanctum.

19. Et Spiritus sancti. S. Hieronymus Pelusiotæ opportunè ad hæc verba: Deus Sacrorum noster Spiritum sanctum æternam Trinitatem complecti tradidit. Complecti ille quidem Trinitatem, quia cum in Deo non alia potentia, seu virtutes excogitari possint, nisi intellectus, & voluntas, parturito j. m. per intellectum æterni Patris Verbo rationali puerperio, & producto jam Spiritu sancto per Patris, & Filii voluntatem non ultra gradi valent productiones ad intra, sed ipsa tertia Persona productione cohibetur, & complentur. Cæterum cum Spiritus sancti bonitas infinita sit, & infinita bonitas infinitam sui effusionem, & communice, tionem, appetat quartam aliam personam desiderare nobis videtur, cui ille sua infinita bonitatis menturam expens, sese sine menlura communicet, atque ita suam illam appetentiam, etsi non omnino explet, & exlatiare, levare tamen, ac relaxare possit. Ast quam, quæ, quæ, quarta hæc persona erit? Non alia certè nisi Deipara Virgo, cuius immaculata Conceptio, seu sancti sima prodi et o, per specialem appropriationem, singulari Spiritus sancti opus fuit, n. 251. 603. 605. 607 & 2126. Idèd una illa, vera, & integra, munda, puraque, columba est, dum generatur, per similes suo productioni, à n. 624. 1159. 1999. n. d. cum Spiritus sanctus ad æterni Verbi generationem non concurrat, adscripta ei est, & cœn. n. si unus Deiparæ generatio, quæ quidem amulatrix extitit æternæ divini Verbi generationis, à n. 612.

20. In nomine Patris. Sublimissimum hoc mysterium est, quod cum mens cogitando assequi non valeat, ad fidem spectat omnino, quæ vera cogitatio, & intelligentia, in d. vera scientia appellatur, à n. 2065. In cuius fidei professione nulla

nulla est confusio, sed gloria summa, n. 2239.

Pro Festo Corporis Christi.

Ad efformandas Conciones multas de augustissimo Eucharistica Sacramento, opparo Ecclesie Convivio, & jugi Sacramento, copiosam tibi messem in hoc Opere suppeditamus, quam in Indice verborum, verbo Eucharistia, indicamus: & verbo Maria n. 44. Et de eximia Hispanorum pietate in hoc alium mysterium, à n. 1582. & verbo Hispania. Vide etiam Dominicana Familia, & Societas Jesu.

Ad Conciones de Deipara.

Pro immaculata ejus Conceptione.

De hoc Mariano Festo decatissimo copiosè agimus frequenter; multaque in illius comprobationem, & illustrationem tum solide, tum amœnè versamus, ex quibus noviter forsitan facili negotio Conciones plures poterunt concinari. Vide in Indice verborum, verbo Deipara, ubi ea, quæ ejus Conceptionem spectant, in suas classes distributa colligimus. Et quomodo Marianæ immunitati strenuè militet Evangelica Matthei, & Lucæ Genealogia, latè & accuratè expendimus, à n. 370. usque ad 510. Et vide notationes in Concione sequentem. De singulari Hispanienis religione in hoc Virgineum mysterium vide Hispani.

Pro Nativitate Virginis.

1. Liber generationis Jesu Christi. Matth. 1. Recenset Evangelista quadragesima duas generationes, quibus Mariæ & Jesu generatio, & nativitas adnectuntur. Quod spectat bellissimè Jordanis flumen, post mansiones quadragesima gæus, Israëlitis occurrens, Conceptionem, & Nativitatem Deiparæ adumbrans post totidem generationes futuram, à n. 474. usque ad 483.
2. Liber generationis. Hæc Marianæ generationis, & Progenitorum linea pulchrè præsignata fuit per piscatoriam lineam, & armillam, quibus Job Leviathanum captum describit: lineæ hujus fibula, cui hamus appenditur, ipsa est Deipara, n. 483. usque ad 488.
3. Liber generationis. Regiam prospiciam ab ejus proavo Salomone pulchrè præsignatam in domo factus Libani, quam ipse ædificavit, à n. 448. usque ad 473.
4. Liber generationis. S. Lucas c. 3. à v. 23. Progenitores Mariæ, & Christi omnino septuaginta septem percensuit: has utique generationes præfiguratas fuisse per decem Carmeli montis gradus octies sermè ab Eliæ discipulo confedente & descendente repetitos; nubeculam verò tandem ab eo prospectam, umbram fuisse Deiparæ nascentis, accuratè expendo, à n. 489. usque ad 494.
5. Liber generationis. Evangelistica hæc Genealogia eo spectat, ut probet, Mariam ex muuo avorum, & aviartum connubio conceptam, natamque fuisse, & ex communi Patris, & Matris congressu. Tanta enim est Deiparæ maiestas, & sanctitas, ut operæ pretium fuerit id ab Evangelistis exprimi, ne pro Spiritu sancto haberetur, ut à nonnullis habita; ne pro vera Dea, ne pro Angelo absque virili semine, sed de Spiritu sancto concepta, & nata existimaretur, à n. 370. usque ad 388.
6. Liber generationis. Sic Evangelista suadet, Virginem Dei Matrem naturalium avorum generatione, & aviartum conceptione fuisse procreatam, à n. 889. Et quidem ejus conceptio, nativitasque ad Adàmum, & Evam referendæ, à n. 394.
7. Liber generationis. De sanctissimis, ac prælustribus Mariæ & Christi Progenitoribus ex Abrahamitica Gente, à n. 1257.
8. Liber generationis. Abrahamitica Gens in Dei populum præcipuum, acceptabilem, & opulentum fuit delecta, quia Deiparæ populus, à quo ipsa enascetur, à n. 1268. Et ob eandem causam conservata, & propagata, n. 1270.
9. Liber generationis. Deipara extat nobilissimum Progenitorum soboles, de quo gloriatur ipsa, à n. 1275. Vide Maria, in Indice n. 3.
10. Liber generationis. Maria ex Sanctorum stirpe descendens, sanctior ipsi, n. 412.
11. Filii David. Mariæ atavis Rex David, dum sacram Testamenti Arcam religione mira, miroque tripudio in suam Regiam arcam intulit, Deiparam prænoscebat, & celebrabat proneptum suam ex sua aliquando Familia Regia nascituram, à n. 438. Vide David, & Arca.
12. Filii Abraham. Univerfa Abrahami gloria eo spectabat, ut Virgo conciperetur, & nasceretur, à n. 403. Varia item Abrahami etymologia ad Mariam spectat ex suo genere enascituram, à n. 406. Vide Abraham.
13. Judas autem genuit Zaraim de Thamar. Principatus insigniores notæ à Juda usque ad Thamar, & Christum in ea P. Ildeph. de Flores in Ecclesiæ.

Tribu, n. 449. & 454. Vide Juda Tribus.

14. Genuit Zaraim de Thamar. Deiparæ aviæ Thamar, Rahab, & Ruth recensentur; ethnica quidem fœminæ; sed expiate cœlestis ille sunt, ut in sanctam Mariæ genealogiam admitterentur, à n. 423. usque ad 437.
15. David genuit Salomonem. Salomon Deiparæ proavus præproperè eximias proneptis suæ glorias præfiguravit, à n. 448.
16. Ezechias genuit Manasse. Ezechias Rex moribundus flevit, quod sine liberis abiret, qui Mariam, Christumque progredient, n. 457.
17. Jacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Ioseph Virgini sponfus eandem habet, quam Deipara genealogiam, à n. 497. Secundo cognationis gradu erat Mariæ conjunctus, n. 498.
18. Iacob genuit Ioseph. Cur nulla hic Joachimi, illustrissimi Deiparæ Parentis, mentio? Dixi à n. 508. Jacob Iosephi Pater, & Joachim Pater Mariæ fratres fuere, qui eundem nocti sunt Patrem Matthæum Iosephi, ac Deiparæ avum, à n. 500. Joachimus verò natu major Jacobo, n. 502. De avis Virginis maternis, deque Anna ejus Matre, n. 505. Illustre Isaïæ vaticinium expenditur illustrissimis Mariæ Parentibus Joachimo, & Anna, à n. 1187. Vide Joachim, & Anna.
19. Maria, de qua natus est Jesus. A Christo ejus Filio præcipua Mariæ nobilitas, n. 1287. Vide Christum, in Indice n. 17.
20. De qua natus est Jesus. Vix puella nascitur, & jam jam Dei Mater proclamatur? Ita plane; quia semper Dei Mater, vel à puncto suæ Conceptionis in Annæ utero, exiit, n. 614. & à n. 2114. Quantæ ei datæ gratiæ ob maternam dignitatem, à n. 2099.
21. De qua natus est Jesus. Mundus eo sine conditus, & conservatus, ut Deipara nasceretur, à n. 847. Vide Mundus, & Maria, in Indice n. 26.
22. De qua natus est Jesus. Nata Maria in novilunio, n. 1266. De effusa Angelorum lætitia in ejus exortu, n. 222. Nata Deipara, dies gratiæ illuxit sedentibus in umbra mortis, n. 1013.
23. De qua natus est Jesus. Exortus Deiparæ felicissimus festivè celebratur sub metaphora vitalis fluminis mirè exundantis, ac Dei Filium ex sinu Patris in Virgineum uterum trahentis, à n. 2351.
24. Multa alia enomia, quæ pro immaculata Virginis Conceptione expendimus, revocari ad ejus Nativitatem facile possunt. Vide Maria, in Indice à n. 1. & n. 32. ubi præcipua ejus symbola, & figura præstantiores ex facris literis indicamus, & n. 21. ubi de singulari illius pulchritudine. Vide Prophetia, ubi feligitimus, ac noviter expendimus illustriora vaticinia ad Deiparam spectantia.

Pro Festo augustissimi Mariae Nominis.

1. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem; & nomen Virginis Maria. Luc. 1. Magnalia multa in hoc suo Nominis inscripta gestat, & altè ebuccinat Deipara Virgo. Indicabo nonnulla, digium intendens ad ea, quæ in hoc Opere observamus. Atque imprimis ex Hieronymo relato à nostro Canisio lib. 1. c. 1. Mariam plerique existimant interpretari; Illuminant me isti. Quasi eo spectent sapientia proceres universi (qui lux Mundi appellatur) ut Maria nomen, atque adeo Mariam ipsam multimodè intelligentiæ radiis magnificè illustrent, à n. 2255.
2. Et nomen Virginis Maria. Adeo excellens est Mariæ nomen, adeo ipsum Dei nomen æmulatur, ut Collyridiani cœcutientes in voce, illam Deam quamdam esse falsò existimaverint, aras ei extruxerint, & placentas quasdam in hoc Mariæ nomen obtulerint, à n. 373. Illud à vera Religione non alienum, Maria, & Eucharistici panis nomina sibi valde consona esse: nam panis hic panis facierum appellatur Exod. 25. & Mariæ nomen perinde est, atque Principis facierum, apud Hebræos Mitraton, quæ litteræ eundè n. 999. conficiunt, quam ipsum Maria nomen, n. 844. Adde, eo ipso die, quo Maria nomen thesauro divinitatis evolutum in cœlis fuit, Angeli opparo convivio saginati sunt, quo tantum festum Deus celebrare voluit, n. 232.
3. Et nomen Virginis Maria. Hoc alium Virginis nomen unà cum ipso Jesu nomine in omni libro prædestinationis primum tenet locum, primicerium utrumque est nomen, à n. 96.
4. Et nomen Virginis Maria. Cum mittitur Gabriel à Deo de negotio Incarnationis acturus, tunc Maria nomen infonavit. Certè non tunc primum infonavit in cœlis, jam enim ibi vel ab Angelicæ creationis initio objectum Angelis universis hoc nomen fuit ex thesauro divinitatis evolutum, & ab illis omnibus suspicendum, n. 216. & à n. 226 & 534. & 1103. Et observat, spectro Mulieris Apocalyplice luminoso ex tunc Angelis proposito Mariæ nomen significari, numer. 127.